

que iurisdictionis loca. In hac sunt *Hispania, Gallia, Germania, Italia, Hungaria, Transsylvania, Dalmatia, Graecia, Polonia, Lituania, Mosconia, Roxotania, Daniæ, Suecia, Noruegia*. Sunr & insulæ in Oceano Boreali. *Anglia, Scotia, Hibernia, Islandia, Frislandia*, aliæque complures. Alibi aliæ. In mari Mediterraneo sunt *Baleares Maiorica & Minorica, Corsica, Sardinia, Sicilia, Melita, Corcyra, Creta*, pluresque aliæ, quibus infinita vis hominum degit. Horum omnium virtutes recensere, nimium foret. Vitia (quis autem ijs caret?) breuibis aliquot dictis circumferuntur: quæ attexere libuit, *Franci*, simplices, rustici, vehementes. *Bavari*, sumptuosi, commessatores, procaces. *Suevi*, leues, loquaces, gloriosi. *Turingi*, diffidentes, sordidi, contentiosi. *Saxones* dissimulatores, versuti, contumaces. *Belgæ*, equestres, delicati, teneri. *Itali*, superbi, vindictæ cupidi, ingeniosi. *Hispani*, fastuosi, consulti, rapaces. *Galli*, elegantes, intemperantes, temerarij. *Cimbri*, magni, seditiosi, horribiles. *Sarmatae*, edaces, superbi, furaces. *Boëmi*, inhumani, nouatores, prædatores. *Illyrici* mobiles, maligni, tumultuatores. *Pannoni* asperi, superstitiosi. *Graci* miseri. Est & aliud haud minus lepiduum. Pons Polonicus, Monachus Boëmicus; Miles Australis, Sucuica monialis; Italica deuotio, Prutenorum religio: Teutonum ieiunia, Gallorum constantia, Nihil valent omnia.